



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Metropolis Salisvrgensis**

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Innocentius PP. VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

**COLLEGIOR PER BOIARIAM.**

Dilectis filiis Sigismundo de Fraunberg Baroniin Hage & vitricis  
sancti Wolfgangi Frisingensis: Dioc.

Hie: Balbanus.

*Innocentius PP. VIII.*

**V**enerabilis frater & dilecti filij salutem & Apostolicam benedictionē. Fui-  
stis alias vos & quilibet vestrum in solidum iudices & commissarij au&tori-  
tate Apostolica super erigenda Præpositura in noua Ecclesia sancti Wolfgangi  
Frisingen: Dioc. deputati , prout in ipsis litteris plenius continetur, quæ ut de-  
bitē mandentur executioni, & vt ipsa erectio prout est ordinatum, bene & o-  
portunè fiat, volumus ac vobis mandamus vt fructus, redditus, & prouentus ac  
eleemosynas dictæ Præposituræ in illius dotem iuxta litterarum prædictarum  
seriem, & non in alium usum conuersti & exponi, aut ad alienas manus deteni-  
re curetis & faciatis , contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Roma  
apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die prima Septembris, M. CCCC.  
LXXXVII. Pontificatus nostri anno tertio,

*Innocentius P.P. VIII.*

**V**enerabilis frater salut. & apostolicā benedictionem. Mandauimus alias fra-  
ternitati tuæ, vt eleemosynas q̄ pro dote Præposituræ creſte in noua Eccle-  
sia S. Wolfgangi tuæ dioc. per Christi fideles elargirentur nullo modo velles re-  
trahere aut capere, id in ipsam dotem conuersti permitteres iuxta ordinationē  
& mandatum nostrum prout in alio breui nostro desuper edito plenius conti-  
netur. Nuper autem accepimus fraternalitatem tuam huic nostro breui no-  
strum acquiescere, ex eo quod in illo non fit mentio prioris brevis ad te etiam directi,  
in quo te tanquam ordinarium hortamus velles perspicere & attendere, vt ele-  
mosynæ quæ Ecclesiis tuæ Dioc. & maximè celebrioribus & magis deuotis  
offerrentur bn. distribuerentur, & in bonos usus sub excommunicationis pœ-  
na conuerterentur. Quod si est ita causam legitimam non habes, cur breui pri-  
ori non pareas. Ipse enim eleemosynæ non possunt nisi in bonos usus conuer-  
si in dotem Præposituræ, prout est ordinatum à principio distribuantur. Igi-  
tur denuo fraternalitati tuæ præsentium tenore expressè præcipiendo manda-  
mus, quatenus dictam erectionem nullo pacto impediās, & de ipsis eleemosy-  
niis te non intromittas, sed illas prout in litteris erectionis fuit ordinatum, in  
huiusmodi dotem conuersti omnino sinas. Contrariis non obstantibus qui-  
buscumque. Datum Roma apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die  
prima Septembris, Millesimo Quadragesimo LXXXVII, Pontificatus no-  
stri anno tertio.

*Innocentius PP. VIII.*

**V**enerabilis frater & dilecti filij salutem & apostolicam ben. Licet ex aliis li-  
teris nostris in forma breuis ad vos coniunctim & diuīsim directis, vobis si-  
plena attributa facultas procedendi ad totalē executionem litterarum bona  
memoriae Bartholomai de Maraschis quondam Episcopi ciuitatis Castelli, tunc in-

*Metro. Sabib. Tom. III.*

t 3

parti-